

HIPPOSELINUM, MACERO, Macedonische Peterfill. Siehe die 591. Kupffer-Platte. l. b.

Smyrnum Matthioli 773. Hipposelinum Theophrasti, vel Smyrnum Dioscoridis C. B. P. 154. Macerine quibusdam; Smyrnum Semine magno nigro. J. B. Smyrnum majus &c. Floret in hortis Curioforum mense Julio.

Ufus Medicus.

Hipposelini seu Smyrni semen & radix usui medico inserviens multum Olei Salisque

continent essentialis. Vim habet aperienti, excalefacienti. Virtutem possidet præcipue diureticam atque alexipharmacam, emmenagogam & carminativam. Dale. Lemery. p. 1059. Hodie autem raro plantis adnumeratur usualibus.

Es sind davon Wurzel und Saamen zur Arzenei dienlich. Es enthält viel Salz und Del bey sich. Sie eröffnet, erweicht, treibet den Urin, das monatliche Geblüth, die Frucht, und Blehungen, widerstehet auch dem Gifft. Jedoch wird sie jezo gar selten mehr gebraucht.

HYSSOPUS.

HYSSOPUS, *ὑσσωπός*. Græc. Hissopo. Ital. Hissopo hierva, Issopo. Hsp. Hyssope, Ilope. Gall. & Angl. Ysop. Belg. Isop. Dan. Hysop. Bob. Isopie. Pol. Izapas. Lituan. Isop. Hung. Sufa seu Jabes. Arab. Esof. Hebraice. Esofa. Hebraice. Esofa. Chald. Isop, Winter Isop, Isopen, Kloster Isop, Kirch Isop, Efewig. Germ.

CHARACTER. Hyssopus est plantæ genus flore monopetalo, labiato, cujus labium superius surrectum est, subrotundum, bifidum; Inferius vero in tres partes divisum, media cochlearis instar excavata, bicuspidata & quodammodo alata. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi inflexum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina oblonga, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita. Tournes. 200. Ex radice surgit lignosa dura, crassitudinis digitalis, à qua exoriuntur Virgæ plures, quadratæ, geniculatæ, dodrantem longæ, ramosæ. Folia ad eorum nodos oriuntur verticillatim posita. Lavendulæ similia, sed duplo breviora, sapore acriusculo, odore non ingrato. Flores sunt perfecti, irregulares, monopetali, barbati galeati-que, (barba quadripartita, galea divisâ.) Verticilli densi, longe primum distantes, deinde in spicam congesti, unam modo partem caulis occupant. Semina sunt ad singulum florem quaternaria, nuda, in perianthio aperto latitantia. Crescit in nonnullis regionibus sua quidem sponte, apud nos vero colitur in hortis, floretque Junio, Julioque. Totâ planta suavissimum, aromaticumque spirat odorem. Saporem autem amarum, acrem, calidumque habet. König 121. Volck. 220. Linnaeus n. 470. Chabreaus 423. C. B. P. 217. Boerh. l. 160.

Isop ist eine Art Pflanz, mit einer einblättrigen, Leffzenförmigen Blume, wovon die obere in die Höhe stehende Leffze fast rund, und in zwey Theile getheilet ist: Die untere aber ist dreyfach zertheilet, wovon das Mittel als ein Löf- fel ausgehölet, zweyspitzig, und gleich- sam geflügelt ist. Aus dem Kelche kommt der Stempel, welcher an dem hinterem Theil der Blume als ein Nagel fest steht, und mit vier jungen Ansehlungen umgeben ist, welche hernach zu soviel länglichten Saamen wird, der in der Capsul, die vorher der Blumen Kelch gewesen, verborgen liegen. Es hat der Isop eine hölzige, harte, eines Fingers dicke Wurzel, aus welchen viele, vier- eckigte, etwas rauhe, in Gleichen abge- theilte Spann lange Ruthen hervor kommen. Die Blätter kommen an den Knoten oder Gewerben der Stengel, und sind länglicht, aber schmahl, stehen Wirbelweis, sehen fast aus, als die Blätter an dem Lavendel, doch sind sie noch einmahl so kurz von etwas scharf- fen Geschmack, und keinem unangeneh- men Geruch. Die Blumen sind voll- kommen irregulair, einblättrig, mit ei- nem Bart und Helm versehen, (der Bart ist vierfach, der Helm aber nur getheilt) die Blumen Wirbel stehen dichte, erst weit voneinander, hernach gehen sie Meh- renweis in die Höhe, jedoch stehen sie nur an einer Seite des Stengels. Es finden sich nach jeder Blume viel Saamen Körner, die in einem offenen Be- hält- niß liegen. Er wächst zwar in eini- gen Ländern frey von sich selbst, bey uns aber wird er in den Gärten gezelet, und blühet im Junio, und Julio. Die gan- ze Pflanze hat einen angenehmen, Ge- würzhafften Geruch, einen bitteren, scharf- fen, und hitzigen Geschmack.

NOTA.

NOTA. Hyssopus dubio procul a voce Hebraica Eſoph i.e. herba grato odore & sapore derivatur: nimis coacta enim est, quam ex Græco adferunt, Etymologia. Incidenter monemus, uberrimam Hyssopi fuisse in Palæstina copiam. sæpiusque ejus mentionem fieri in Sacris Literis, adque ejusmodi devenisse altitudinem, ut bacillos ex illo facere licuerit, seu arundines, cujus generis illa procul dubio fuit Hyssopus, qui Christo Salvatore nostro sitienti spongiam subministrarunt carnifices. Genera duo Dioscoridi nota fuerunt, hyssopus montana & hortensis. Inanis est vero controversia, an Arabum & nostras etiam Hyssopus eadem cum Dioscoridis sit. Variat autem Hyssopus foliis, floribus, & odore potissimum. Folia enim nonnunquam dissecta habet, alias non. Flores sunt communiter cœrulei, nonnunquam albi & rubri, nonnunquam ex una caulium parte, nonnunquam ex utraque floret. Et tandem Moschum redolet Hyssopus aliqua, alia autem species non.

Es ist wohl ohne Zweifel, daß Isop aus der Hebräischen Sprache herzuleiten, wofelbst Eſobh so viel als ein angenehmes wohlriechendes Kraut heisset, denn die Griechische Herleitung ist gar zu gezwungen. Wobey wir kühlich anmerken, daß in dem gelobten Lande sehr vieler Isop gewachsen, und zu der Höhe gekommen, daß man Stecken oder Rohr daraus gemacht, von dergleichen Gattung scheint das Rohr gewesen zu seyn, auf welchem die Kreuziger unserm Heylande Christo den Schwamm mit Essig dargeboten. Dioscorides hat zweyerley Geschlecht von Isop, den Berg- und Garten-Isop. Der Streit aber hat nichts auf sich, ob der Arabische und unser Isop mit des Dioscoridis einerley sey. Man findet den Unterschied an dem Isop nach den Blättern, Blumen und Geruch. Bey einigen sind die Blätter zerschnitten, bey andern ganz. Gemeinlich sind es blaue, doch aber auch weisse und röthliche Blumen. Eine Gattung ist, die nach Muscus riechet.

HYSSOPUS AUSTRIACUS MAGNO FLORE, Desterreichischer Isop mit grosser Blume. Siehe die 591. Kupfer-Platte. l. c.

Chamæpitys spuria. Pseudochamæpitys Austriaca Rivinus ordine plantarum Irreg. Monop. Hyssopus Austriacus magno flore folio chamæpityos C. B. P. 250. Prunella, hyssopi folio viridi, amplo, flore cœruleo, Boerh. l. 172.

Est autem Chamæpitys Austriaca Clusii planta, num erosos, cum adolevit, proferens cau-

les nonnunquam duntaxat palmares, quadrangulos, firmos, lanugine onustos, geniculatos, quibus utrinque sibi opposita innascuntur folia Chamæpityos vulgaris foliis similia, latiora tamen, & in quatuor aut plures interdum lacinias divisa, superne viridia & splendentia, subtus nervosa, & nonnihil incana, odoris non injucundi, gustus calidi, non ingrati tamen, ex singulis alis nascuntur ramuli similiter quadranguli frequentibus foliis Ajugæ similibus septi - - - summos ramos verticillatim ambiunt rigidiusculi caliculi, e quibus exeunt flores Ajugæ tertiæ floribus formâ non dissimiles sed longe majores & elegantissimi, colore saturæ purpuræ & violaceo, inferiore tamen, & propendente labro nonnihil candicante, & sanguineis guttis resperso. Semina in singulis caliculis plerumque quaternis, oblonga, angulosa, colore nigro & splendente prædita; radix nigra, dura, multis fibris capillata, & singulis annis novos caules proferens. Occurrit copiose in montibus Austriacis circa Viennam, apud nos vero floret in hortis Majo & Julio. Facile propagari potest per avulsionem à cespite materno adnatæ prolis, quæ in pinguius transplantari potest solum. Clusius CLXXXIV. Volckamer. p. 102.

Desterreichischer Isop, oder je länger je lieber aus Desterreich hat mit dem gemeinen Isop ausser der Blumen alles andere ähnlich, er wächst häufig auf den Bergen um Wien, wird aber bey uns in den Gärten gezogen, blühet im May und Junio, wird leicht durch Absteckung etwas von den Wäsen fortgebracht.

HYSSOPUS FLORE ALBO, Hyssope, Isop. Siehe die 591. Kupfer-Platte. l. d.

HYSSOPUS FLORE COERULEO, Hyssope, Wein-Isop. Siehe die 591. Kupfer-Platte. l. c.

Hyssopus officinarum cœrulea spicata.

HYSSOPUS FLORE RUBRO, Kloster-Isop. Siehe die 591. Kupfer-Platte. l. e.

Usus Medicus.

Hyssopus officinas ingreditur, calida & sicca est tertio gradu, multum efficacissimi Olei balsamici salisque volatilis & essentialis continens, facultatem habet attenuandi, aperiendi, abstergendi, incindendi, maturandi. Usus ejus præcipuus est in affectibus pulmonum, Tussi, Asthmate, & in omni attenuanda phlegmatica & viscida pulmonum materia. Laudatur quoque in Apoplexia, Tinnitu aurium, & fugil-